



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 96. Illuminatorum hæresis in Hispaniis extincta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](#)

teri sœculares oppressi fuere, ipse quo- Sæc. XVII.  
que Jesuita e suggestu deturbatus, spi- A. C. 1623.  
na dorsi & capite fractis, animam ho-  
ra sequenti decima exhalavit, iis dun-  
taxat nil læsis, qui sub solario stabant,  
nobili quoque cuidam fœminæ fugge-  
stum, sub quo latitabat, saluti fuit.  
Jacobus Rex percepto hoc casu, pror-  
sus intempestivo joco dixerat, *si homi-  
nes isti mecum ad Ecclesiam meam venissent,  
ab hac calamitate immunes permanissent.*

## XCVI.

*Illuminatorum hæresis in Hispaniis  
extincta.*

Jam anno Salutis nostræ millesimo *Abrege de*  
quingentesimo septuagesimo quinto *l'hist. Eccl.*  
Illuminatorum secta in Hispania ortum *t. 3. p. 423.*  
suum habuit, sic dicta, eo quod illius *Meteran.*  
sectatores sese *Adumbrados*, seu Illumi- *Arnold Hist.*  
natos dictitarent, quorum primi Au- *Hær. p. 3.*  
tores Cordubæ Inquisitionis sacræ ju- *c. 7. n. 6.*  
dicio promeritas fanaticismi impii poenas  
dederunt, quin tamen hæc hæresis,  
licet tantisper sopita, adhucdum ex-  
tincta esset: Hi præter Calvini erro-  
res propugnabant, quod contempla-  
tioni vacans, haud amplius Sacramen-  
torum usu, aliisque pietatis exercitiis  
egeret, imo absque levi etiam culpa,  
facta unione mentis cum Deo, quod-  
cunque

Sæc. XVII. cunque impunitatis peccatum commit-  
A. C. 1623. tere posset, proin talis solum Deum in  
homine agere permetteret, ipse vero  
nullatenus ad agendum teneretur. Autem  
autem horum inquinatissimorum homi-  
num numero Andreas Pacieccus Epi-  
scopus, Generalis in Hispania Inquisi-  
tor illos die vigesima nona Maij prius  
promulgato edicto ad ejurandam hære-  
fin paterne hortabatur, facta etiam  
impunitatis spe; cum autem horum  
potissimi suo fanaticismo obstinati inhæ-  
rerent, septem ex his novatoribus præ-  
cipuos igni tradidit, unde ceteri ho-  
rum exemplo territi ex Hispania emi-  
grarunt, in Picardiæ Provinciam pro-  
fecti, ubi ductore quodam Parocho  
Petro Guerino, unde etiam *Guerini*  
dicebantur, sectam suam resuscitarunt,  
ac postmodum Flandriam infecerunt.  
Anno autem Christi millesimo sexcen-  
tesimo trigesimo quarto, hosce impu-  
ros Sectarios, cum in Galliis se se la-  
tius diffunderent, Ludovicus XIII. se-  
verissimis poenis coerceri præcepit, to-  
tamque hæresin omnino eradicavit, at-  
que ad nihilum reduxit.

§. XCVII.  
*Suecica hostilitas contra Poloniæ  
Regem.*

Ante